

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7434

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Congrégation du Grand-Saint-Bernard (autre)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1185-1189]

Lieu d'émission : Bur

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation donnée aux religieux de Montjou établis à Havering.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCCLV, t. 2, p. 401-402.

Dissertation critique

« 1185-1189 (sans doute: novembre 1187) » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 401. Souscription de Jean de Coutances, archidiacre d'Oxford depuis 1184 ; Henri II n'a probablement pas été à Bur en 1184. On retrouve le roi en Normandie au printemps de 1185, à Bur en novembre 1187.

Texte établi d'après a

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem. Sciatis me concessisse et dedisse et presenti carta mea confirmasse pauperibus Montis Jovis, in ecclesia Sancti Nicolai et Sancti Bernardi degentibus apud Haveringas, XXV. libratas terre in Esterlingis, et apud Cheseladam VIII. libratas, et quecumque rationabiliter eis data sunt vel dabuntur in tota terra mea, habenda et tenenda in libera et perpetua elemosina, bene et in pace et honorifice et libere et quiete de omnibus consuetudinibus. Quare volo et firmiter precipio quod idem pauperes de Monte Jovis in prefata ecclesia degentes omnia predicta habeant et teneant in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis et piscariis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad ea pertinentibus, bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, libera et quieta de scoto, de geldo et denegeldo et paagio et omnibus auxiliis et operationibus, et syris et hundredis, et omnibus placitis et querelis, et murdro et latrocinio, ita quod habeant quicquid provenit de forisfactis hominum suorum, salva mihi justicia vite et membrorum. Precipio autem quod eos et omnes res suas custodiatis et manuteneatis et protegatis sicut meas proprias, ita quod nullam eis molestiam vel vexationem aut violentiam sive gravamen eis faciatis nec fieri permittatis. Et si quis eis in aliquo forisfacere presumpserit, plenariam eis inde sine dilatione justiciam fieri faciatis.

Testibus : H. Dunelmensi et H. Baiocensi episcopis, Johanne de Constanciis archidiacono Oxeneford[e], Roberto filio Willelmi filii Radulfi archidiaconi de Notingeham, Willelmo de Hum[etis] constabulario, Willelmo Filio Radulfi seneschallo Normannie, Gilleberto Filio Reinfr[edi].
Apud Burum.